



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 66. Valentinus instructis judicii actis capite plexus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1565.

non posset, mortis pœna plecteretur tanquam Impoſtor, falsoque Religio-
nis Defensor: si vero quispiam hanc
provocationem acceptare renueret, tum
Prætor, urbisque Senatus pronuntia-
ret, quod Valentinus pie, & ortho-
doxe de Deo altissimo, ejusque Filio
Christo Domino sentiret.

§. LXVI.

*Valentinus instructis judicii actis ca-
pite plexus.*

*Sand. l.c
pag. 27.
Aretius hist.
de la con-
demn. de
Gentilis.*

Hoc ipsum ejusmodi disputationis consilium tenebat præcipuum locum inter accusationum capita adver-
sus Valentimum instructa: quippe ab illo temporis momento passim credeba-
tur, quod infelix hic homo insuper-
habita juramenti Religione, ac tot æ-
rumnis ob errorum suorum defemo-
nem toleratis, nihilominus a Catho-
lica Religione plurimum alienus sit:
itaque ejus caufa ad Bernensem Se-
natum devolvitur, ubi comparet Va-
lentinus, atque ex propria oris con-
fessione comprobatur, quod pertinaci-
ter violato priori suo juramento San-
ctissimæ Triadis Mysterium impugna-
verit: ergo tanquam impius, & perju-
rus condemnatur, ut abscisso capite
debitas perfidiæ suæ pœnas lueret. Hæc
etiam sententia die nona Septembris

Anno

Anno post Christum natum millesimo Sæcul XVI.
etur
gio-
nanc
tum
tia-
tho-
Filio

ca-
nis
lo-
ver-
ab-
ba-
per-
ze-
ho-
no-
fit:
Se-
Ja-
on-
ci-
an-
na-
ju-
ite
æc
ris
no

quingentesimo sexagesimo quinto, vel A.C. 1565
juxta Sandium sexto executioni man-
datur: cum vero ad supplicii locum
traheretur, incredibili cum impietate
jaſtitare audiebatur, quod Apostoli,
sanctique Martyres duntaxat pro gloria
Christi, qui nonnisi filius adoptivus Patris
æterni erat, mortem subierint, ipſe vero
primus eſſet, qui pro honore Patris
ſanguinem ſaum profunderet.

§. LXVII.

Hujus Hæretici opera.

Pauca scripsit Gentilis, exſtat tamen. *Sandius*

I. Ejus confessio Genevensibus An-p. 26. & 27.

millesimo quingentesimo quinquage-
fimo octavo tradita, necnon alia eodem
anno ab eodem directa, quarum utraque
in actis Valentini Gentilis Anno Christi
millesimo quingentesimo sexagesimo fe-
ptimo in forma minori impressis habetur.

II. Ejusdem confessio circa SS. Trinita-
tem, cui addita eſt præfatio sub nomine
Theophili Typographi Ecclesiæ Filiis in-
scripta, porro hic liber prodiit Lugduni,
quamvis titulus Antverpiam præſefer-
rat. III. Illius Antidota nondum typis
impressa. IV. Liber proprio Gentilis
chirographo exarratus, ac Sigismundo
Auguto Poloniæ Regi nuncupatus una-
cum prolixa admodum præfatione ad

li 5

eun-

